

Næniæ in decessum viri pl.
reverendi ac præclarissimi
domini mag. Esaiæ Haq...

1 Ic 1685 Humble, Esaias



National Library
of Sweden

N Æ N I Æ

In decessum,
VIRI

15
208

PL: REFERENDI AC PRÆCLARISSIMI
DOMINI

Mag. ESAIÆ HAQUINI

H U M B E R T

PASTORIS Urbis & Parochiæ Grennensis

dignissimi, territorii Whista PRÆPOSITI meritissimi, nec
non Scholæ Braheæ, quæ in Insula Wisingiana est,
Inspectoris accuratissimi.

Qui

*Annos circiter natus, mundi hujus miseris valedixit, die
30. Decembr. Anno MDCLXXXIV. Exuvie vero ipsius die 22.
na artii MDCLXXXV. terræ gremio demandabantur*



Fautoribus, amicis, sobrinorum triga, & Sympatriotis ad
Auram diffusa.

Excusa ABO Æ, à JOHANNÈ Winter / Reg. Typogr.
Anno MDCLXXXV.

1685



EPITAPHIUM

VIRI

*Quondam Reverendi atq; Clarissimi, nunc vero
in caelis beatissimi,*

Dn. Mag. ESAIÆ HUMBÆ &c.

ESAIAS HUMBLE PRÆPO: V.

Per Anagramma:

BASIUS EHEU; POLA PAREM.

Elaboratio:



astor erat Grennis nec non PRÆPO-
situs HUMBLE

Vistensis vigilans, incola nunc supe-
rum est.

*inter Eheu cessit uterque ESAIAS BASIUS atque
Fatis, alme Deus Christe * POLATO
PAREM!

Positum

ab

ENEVALD SUEN: Q. GA.

S. S. Theol: D. P. P. P. Aboz,



Rennadum cecidit veteris jam gloria stirpis.

HUMBLOKUM; rumor spargitur huc volitans.

Congemui casum verè de more dolentum;

Pragnans namq; triplex causa doloris erat.

Dum memori mecum res actas mente revolve,

Lugubre Mnemosynon dicitat hanc seriem:

Nutritor fuit Humble tuus megalander Haquinus.

Quemq; Patris, constat, sustinuisse vices.

Ereptum ante annos, Tibi, conquerebare Patronum.

Filioli juncto Nicolai studiis!

Discipulo Themis en! docili quam Alemannica neclis

Laurum, parca triplex se insinuando rapis!

Nuperus &refricat cordis malè vulnera sana.

Nuntius: occubuit gloria stirpis eheu!

Antistes Pastorque domus, successor avita,

ESAIAS de Te Humble benè est meritus.

Quippe loco fratris Tere fraterno amplexus amore est

Excurrentem studiis: calcar & ipse dedit.

Tatia Mnemosynon sculperè in marmore dicta.

Adprobo. Sed cecidit gloria, displicet Heu!

Fallitur apprimè petulans huc nuntius ipse.

Post cineres surgis gloria magna domus,

Aureus Humble viges veterum genuina propago,

Floridus adspiciens filiolum choreas.

Floreat hicce chorus, mærori sit quoq; finis,

Gaudia profapiam cœlica corroborent.

Ex debito occupatissimus posuit

ELIAS TIGLANDS

Med. Doct. & Prof. Absens.

AL

EX

Extemporanea
DICTI PAULINI

Rom. XIV. 7. 8.

μενέσθεις;

Qua

VIRO *dum vixit* Plur. Reverendo Clarissimog^{is}
jam vero beato in Cælis,

Dn. Mag. ESAIÆ HUMBEE /

Pastori urbis & parochiæ Grånna Præpositoque Ecclesi-
arum Territoriæ Wista in Smolandia dignissimo,

dolenter parentavit



Eu cui contingat FATVM, seu lon-
gior ÆTAS,

Nemo tamen vivit commoriturque
sibi:

Vivit, qui vivit, DOMINO moriturque be-
nigno,

Cujus homo vitæ munere munus habet:

Vivimus aut morimur, DEUS est possessio
nostra;

Hinc mors non mors est, sed mera vita cluit.

Ergo;

Vive, sed ut semper vivas: sic ergo beatus

Vive DEO: moritur, qui sibi vivit homo.

AND. WANOCHIUS,

*Phil. pract. & Hist. Prof.
Aboëns.*

EPITA-

EPITAPHIUM.

© fluxa mortalitas, quam tenue momentum inter omnia & nihil!

Ah! nobis ereptus,
Æternitati datus!

Plur. Reverendus & Clarissimus

Dn. Mag. ESAIAS HUMBEL

Quondam Ecclesiæ Grennensis

Pastor vigilantissimus,

Districtus Wistaharad;

Præpositus gravissimus,

VIR

Genere clarus,

Eruditione inclitus;

Qui pietate, virtutū coronā inclaruit;

Cujus mira humanitas cunctos cōstrinxit;

Cui benigni Parentis titulum tribuunt egeni;

Quem benevolum fautorem invenerunt permulti;

O fidelis PASTOR! luctuosa funera cur offers? superstes

Quibus optatus quin maneat? tristia fata cur desideras?

Hi gementes sunt Grennenses suo orbati Pastore,

Quorum luctus acerbior: nam obiit optimo flore.

Quis casus gravior? cœlesti nam irrigavit.

Eos rore in defessus; hoc est, semper pavit.

O Præposite gravis plangit Wistaharad;

Ah! nos deseris: Vix Tui

Parem sperat.

Ille Deo seseque contentus,

Pompam mundanā risit,

Irritamenta suppressit,

Religionē ardentem coluit,

Vanitates vehemēter cōtēsit

Conjugem impensē dilexit,

Inde dolor crescit intērior:

Quippe

Tantus Vir ingenio vitales carpere auras desiit!

Cujus post funus virtus vivit, quam nostra musa canit;

Cujus ossa marmor condit, ast nomen condere nequit;

Sed viget in foro soli, quod servant claustra Poli,

© fluxa mortalitas quam tenue momentum inter omnia & nihil!

Occupatissimus scripsit

BENED. LITTORINUS, Reg. Al.

In obitum præmaturum,
pium tamen & placidum,

Plur. Reverendi ac Praclarissimi VIRI,

MAG. ESAIÆ HUMBLE

Civitatis Grennensis quondam Pastoris dignissimi, Con-
sangvinei & mecenatis desideratissimi.



Aud secus ac pisces hamo capiuntur in undis,

Sic quoq; mortales mors inimica rapit.

Rumpimur, ut stipula rapido incenduntur ab igni;

Nec nisi vivendo multimodis morimur.

Non vita hæc stabilis, non est fortuna perennis,

Horula præsentis alterat usq; vices.

Pastor in exemplum prodit, pietatis amator,

HUMBLIUS ESAIAS nomine, Grenniacus.

Splendida progenies, sed & ardor religionis

Ornat: Mundo dat tamen iste vale.

Ab! mæror, mæror! quæ nos nova causa fatigat?

Non sinit in tuto nos remanere loco;

Gaudia quam fugiunt, planctus quam pectora torquent;

Orag; singultu concutiente sonant!

Instat nascenti mortis vibrata sagitta;

Et manet ex ortu fors inimica pios.

Pharmaca nunc legito sacris è fontibus inde

Confvesti alterius, quando lavare crucem.

Quodd prope sit mæstos dominus, meminisse decebit;

Ipsius auxilium quam prope sollicitis.

En! Deus eripuit terris, cælog; locavit

Ipse virum, exemptum mæsto tuta tenet.

Est bona fors ejus; nostri, quæ vivimus, illa

Deterior; vitam possidet ille novam.

Tergi-

Tergite nunc lacrimas, quos hac presentia tangunt

Funera! cum superis gaudia mille capis.

Vive igitur felix, aeternam carpe quietem!

Vive salutiferi sede recepte Dei!

Ultimi officii ergo cordolio moesta que manu
scripsit S: Reg. Maj. Alumn.

PETRUS S. ULNERUS

Smol.

IN PIAM

Pie defuncti Pl. Reverendi & Praclarissimi Domini

Mag. **ESAIÆ SUMBÆ**

Pastoris Quondam in Grænna dignissimi,

MEMORIAM.



Ullum malum sine effugio esse, ab Antiquis in Anti-
quorum scriptis dictum legitur. Præruptæ altitudinis
castella vel magnos exercitus difficultate aditus mo-
rantur; A tempestate nos vindicant portus; Nim-
borum vim effusam & sine fine cadentes aquas tecta propulsant;
Fugientes non sequitur incendium; Adversus tonitrua & mi-
nas cæli subterraneæ domus & defossi in altum specus remedia
sunt; In pestilentia sedes mutare licet. Sed ultimum malorum
MORTEM quis unquam ant effugit, aut effugere potest? Catho-
lica profecto hæc naturæ lex est, ut qui capit esse, aliquando desi-
nat. Morimur omnes, & jam cœpimus ex quo nati: quidquid
atatis retro est, mors tenet. Quorusquisque Mortalium, nisi me-
re infans, ignorat pallentem illam Divam capiti uniuscujusque
nostrum imminere, & ictu quos ferit procellere inexpectato?
Nullum fata discrimen agnoscunt, nullum ordinem; in senes &
juvenes; in decrepitos & vegetos suum exercent jus. Avellimur,
dejicimur, sponte cadimus, & hæc omnia ex fatali quadam lege.

Heu

Heu quam mortales sumus! quam fragilis materia & levi casu
rumpenda! Quorsum autem hæ quærelæ voces gemitusque fle-
biles! Quæris? Ecce! fatali hac necessitate, quâ omnibus mori-
endum est, abiit Vir, dum viveret, Plur. Reverendus Dn. Mag.
ISAIAS HUMBEL / in Grænna Pastor ut quondam fi-
delissimus, ita nunc longe desideratissimus. Abiit inquam, &
illuc, unde redire negant quenquam. O tristem & acerbum omni-
bus bonis casum! Cur enim ita non exclamem, cum in hujus
letho Musæ ipsæ sensere lethum, & cladem Ecclesia non exiguam.
Si majorum malorum non raro soleant esse præfagia bonorum ex
hac vita discessus, juxta illud Platonis: *ὅταν βέληται θεὸς εὐπραγίαι
πόλιν, ἀνδρας ἀγροῦ εἰς ἐπίησεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξαι, ἐξῆλε τὸς ἀ-
γροῦς τῆς πόλεως ὁ θεός.* Certe infallibili ore præfagire possum æ-
rumnoso & labanti huic Mundo immensam malorum molem im-
minere. Cernimus etenim non sine lacrymis & commiseratio-
ne Viros de Ecclesia Dei optime meritos vitam ponere & fata sua
sequi; E contra vero non sine indignatione quorundam, *uti-
nam non multorum*, impudenciam, qui ad concionandi munus
affiliunt, cum in nulla minus quam hac palæstra sint exercitati,
nullis ornati dicendi viribus, nulla rerum cognitione imbuti, nul-
la sacrarum literarum peritia instructi. Quo fit, ut Auditores nul-
lo salutaris doctrinæ pabulo reficiantur, nulla concipiant verbi
Dei solatia, nulla animæ fomenta, sed tantum meras nugas atque
aniles superstitiones imbibant. Tuum proinde obitum, *beate
in Domino defuncte*, etiam hoc nomine tanto lugemus impensius,
& ego quidem Te ut rarum constantiæ in religione & pietatis
exemplum: Prodigium pene hac virtute sterili ætate. Merueras
equidem vitæ innocentia candida morum integritate, multiju-
gæque eruditionis cognitione votis nostris diutius superesse. Sed
aliter Domino decretum, apud quem alia trutina, aliud tribunal
est. Ipsi placuit Te avocare, & mundi tumultuantis turbis edu-
ctum collocare in quietâ & beatâ illa beatorum sede: Ubi nunc
in immaculati Agni mellitis nuptiis, in convivio omnium san-
ctorum

etorum, inter Angelica cantica pulsas citharata plenam deliciis,
plenam mysteriis, plenam gratiis. Ergo sancta & beata Anima
aeternum salve & vale! Vale Collega sanctorum, incola caeli, Pi-
gnus aeternitatis, Sidus Eruditorum!

*Ex temporaneas hasce lineas exaravit qui
super morte tanti Viri
Pectore Est Conturbato.*

När iagh min Penna an på Pappret mände föra/
Wist finnes Suck och Pust / som Hiertat wil
omröra;
Nu är iagh bleek / nu gäl / nu hwijt / ja svart
och rödh /

Här til orsaken är / O Dödh / tu grymma Dödh!
På några åhrs Förlopp / Sex Syston gansta säta /
Har Dödsens grymma Macht / fält nedh / kan oss ej båta!
Bland dem så är och så / min Morbror får och godh /
Som war en Herde from / moot Blswars argheet stödh.
Nu saknas han fulkwist / som godh Råd h plågad gifwa;
Hans Maka sorgse är / hon måste ensligh lefwa /
Allt som en Dufwa kleen / när hon sin Maka mist;
Men doch bör hwar och en / troo vppå Jesum Christ;
En GUDH är et fast Slott / et gansta stadigt Anckar /
Tyt wäl en Christen Siäl kan ställa sina tanckar.

P'ARCÆ, nesciunt parcere.

*Nasci, Denasci, Lex est Communis ubique
Post vitam fati cogimur ire viam!*

Vita quid est hominum? bulla est mihi crede viator
Ut citò bulla perit, sic quoq; vita fugit.
Vita quid est hominum quæso nisi fumus & umbra?
Ut fugit umbra cito, sic quoq; vita fugit.

B

Vita

Vita quid est hominum? dico sentina malorum

Ejus Si sortem cernere pol! fatagis.

Concutimur morbis, curis, & semina morbi

Disjcit humani nominis, ille *Draco*

Aspera, nunc solers; regnant crudelia fata:

Eheu quam vita est fluxa referta malis!

Vita bonum fragile est, celeriq; fugacior Euro

Visa venire fugit, crescere visa perit!

Nascendo morimur, finisq; ab origine pendes

Hora necis trepido non vacat illa metu!

Nihil tutum est homini, nil immutabile liquit.

Omnia, mors, mutat corpora falce metens,

Exemplum est nobis *Præclarâ Laude Magister*

PASTOR GRENNENSIS, mente manu celebris,

Triste solum linquens, jam Nectarea appetit astra.

Hunc aut excipiunt *Aligeri Juvenes*.

Sic nunc *HUMBLE* graves poteris vitare dolores

Nunc ætas lenis, sit tibi, mitis hyems.

Vivis & aspectu frueris gaudesq; Jehovæ.

Subductus curis innumerabilibus.

O igitur *Musa* mecum nunc plangite tristes

Ut benè migremus, *Fundite vota Deo!*

Sic præcipiti calamo, Pl. Rev. D. Avunculo

suo, Ultima justa solvit

Reg. Alumnus.

ABRAHAMUS Mellin

Smolandus.



D vndra må nån Siäl/ at iagh nu ångslas swära /

Hwarföre tåra sågh/ at tu nu sorgse är?

S ij! doch min Morbror får/ haer döden aldels sära/

Ushåres på en Bäär/ det iagh nu spörter här.

Ach

Ach! Dödh tu hårda Gäst/som nu i Werlden rasar/
 Medh ålder/Höögheet/Slecht/tu ingen Skilnat gör/
 Ja; så Lård som olård/tu medh tigh hastigt ofar/
 B lår jämwäl Fattigh/Rikt/hår lifnat wed en Rödér.
 Ach! therför Mosser god/nu wänder off at gråta/
 Lågg bort ett sorgfult Modh/Sorgh kan ej hielpa mehr/
 Som Gudh han will/ alt steer/hwadh kan of långt Lüff båta/
 Effter den arga Wårld/ej ståndigh glädie geer.

Lamentatio Ecclesiae:



*ristior ab! Grenæ casus vix contigit olim,
 Mors quoniam nobis sustulit heu properans!
 ESAIAM HUMBLE Pastorem etiamq; Magistrum
 Nostrum, qui patriâ nunc tumulatur humo.
 Plangamus merito, capientes Vulnera magna,
 Attrâ Scingentes Corpora nostra togâ.*

*Præterea ac Viduam, Cognatos atq; Propinquos,
 Protege nunc dextrâ, Christe benigne, tuâ.*

*Ultimi honoris, debitæq; condolentiæ causa,
 è lugentium coetu gemebundus Scripsit*

DAVID Wiffing Wexionensis
Sueco - Smolandus.



*Iccinè hinc abijsti integer, cecedisti robustus, Succu-
 buisti Validus? Siccine mœrore lectissimam tuam Cõ-
 jugem, dolore familiam & tui desiderio omnes certè
 bonos affecisti? Siccine demum ipsâ morte tibi per-
 placidâ, accepta, prosperâ; mihi vero tam acerbâ, quàm reliquis
 amarâ, tuæ Curæ concreditum Christi gregem dereliquisti, Præ-
 positi munus deposuisti, olim Præclarissime Domine Avuncule, nunc
 in Cœlis maximè beata anima, ESAIA HUMBLE. Prorsus jam hu-
 manæ Conditionis hæc sit infelicitas, quod licet evasurum se hinc
 certo sciat, exitus tamen sui constitutū terminum ignoret. Scilicet
 sub malacia insidiæ plerumq; latent, ac ponente vento, brevia*

B 2

super

superfunt & scopuli, qui vel in portu parant nobis naufragium. Adeo in lucē edimur mortales, ut abeamus, nascimur ut denascamur, orimur ut aboriamur, omnes hinc cogamur, avellamur, deiciamur nunc manē, nunc meridie, nunc vesperā ipsā, ocyus aut tardius ad ultimum evocati agonem. Nec hoc eo animo dico, quasi existimarem non expectato te mortis telo præventum esse; Nam rectē semper putavi, innocentiam cum lacte, pietatem cum annis, modestiam, magnanimitatem & mansuetudinem cum singulis mensibus, diebus, quid dicam horis? te imbibisse, cum ætate tota corroboraſſe, ut sapius dubium fuerit, an in eo differret à virtute natura. Sic *Juvenis* admirabilem in rebus tractandis industriam, *Vir* suavem affabilitatem, affabilitatis humanitatem, tum ipsius adeo humanitatis splendidam diligentiam nactus, nunquam non æternitati maturus fuisti. Sed meam hic lamentor necessitudinis querelam, familiæ nostræ casum defleo, viduæ relictæ misereor, territorij Wiltensis desiderium, ac orbam Grennæ Ecclesiam singultu, desiderio & lacrymis madentem aspicio, quæ te Clarum Pastorem, te acceptum tuā vigilantiam præconem nunc amisit, perdidit, deplorat. Ergo cum nihil profint licentius effusæ lacrymæ, egregia tua in illam Ecclesiam merita, ceu rudi hac pennâ sublimiora, ac invidorum dentibus meliora relinquens, dignum nunc tibi dico *Vale, Vale* pium, *Vale* ultimum: Solum hoc contentus, quod *Vir* vivens, *Senex* mortuus es, si non ætatē annis, non annos mensibus, sed dies rectē gestis, ipsasq; horas singulis tuis virtutibus rectē supputaverim. Hinc vestrum erit, qui propiores ac quasi præsentem casum nostrū intuemini, querulam ac à viro tam probo relictam hanc *Næmin*, quavis in re sublevare, bonis consilijs accedere, solatio erigere, ac patrocinio vestro protegere, obumbrare. Sic ærumnam suam patiens ferat, fletum temperet, instantis miseriæ tantisper oblita. Præprimis cum virtutes *Præclarissimi* sui mariti repetens, dotes commemorans, comitatem celebrans, optima noverit, quod ne lacrymarum quidem flumine, possit defunctum suum amplius revocare: sed ut nunc est, sic quoq; permanebit æternus

nus divinitatis contemplator, spectator Gloriz, sanctorum Ange-
lorum Comes, socius, Collega.

Tam pius beatè defunctum affari, & Proximos in viduæ
Solatium modestus exstimulare voluit

Regius Stipendiarius

HAQVINUS WJGJNG

Smolandus.



*Te ne jaces quondam columen validum Humble Tuorum
Oppressus celeri funere, sic ne jaces?
Pro Te, si fatorum esset mutabilis ordo:*

*Vota precesq; daret mæsta tori socia.
Sed quoniam revocare gradus, natura negavit,
Contentus Domino vivere quis que debet.*

*Ille poli felix animi requiescit in arce,
Nos miseros semper tristia fata premunt.*

*Molliter ossa cubant nitido sub marmore lecta,
Donec ea ad vitam terra novata vocet.*

*Quando tube trepidis totus clangoribus orbis,
Ex urna in lucem membra sepulta dabit.*

*Sistite nunc lacrymas & vosmet reddite vobis,
Lucrum non luctum, qui moriuntur habent.*

*Ergo vale: Tandem noster Salvator JESUS
Hinc ad Te in vera nos pietate trahet.*

Tum leniendi doloris, tum declarandæ
gratitudinis ergo cecinit.

MAGNUS C. WJGJ
Smolandus.

Bj

Insti-

Institutum cum viatore colloquium,

In

Pl. Reverendi ac Praeclarissimi

Dn. Mag. ESAIÆ HUMBLE/

Nunquam intermorituram memoriam.



AD Theatra pergimus O VIATOR, & advertimus ut hos actores siparium, illos drama velocius aut tardius, oculis spectantium subducit. Torrentia riparum obambulamus, cernentes aquarum undas præterlabi, nec magis redire; Sed pergunt quò cœpere, etiamsi obstacula objecta fuerint graviora. Flores & agrorum lilia VERE advertimus, ÆSTATE ipsâ iisdem delectamur, cito citius perituris. Tempori matutino imminere meridiem, & solis splendorem tenebris obscurioribus tolli, vel vulgus ipsum novit. Teritur terra, exsiccantur flumina, diminuitur arborum splendor, & quo magis vitrum fulget, eo citius frangitur. Rîvuli instar rapidissimi evertuntur florentissimæ urbes, nudantur provinciæ, abeunt regnorum imperia. Caduca hîc omnia, oriuntur, occidunt. Nihil hic perpetuum, pauca diuturna, & quidquid aliquando cæpit; desinit. Non tamen nostram interim peragi fabulam recordamur, aut clepsydræ finem attendimus, futurorum æqvè ignari, ac præsentium avari. Credimus nos esse invictos, credimus nos vel virjum robore, vel animi magnitudine, aut alia aliqua re, mortis incurfus posse propellere: Verum arte mansuescunt feræ immanissimæ, & est quo frangitur marmor, est quo mollescit adamas, nihil tamen est, quo mortem & huius delinias emissarios, ut in crastinum tui certior sis. Propterea surgat qui etiamnum recubat, evigilet qui somno sopitus torpet, ac nos esse fragiles, corruptibiles & mortales pernoscat, cum fatalis illa lex non ita pridem nobis ceu terrenis abstulerit, ac in sedem beatiorem collocaverit *Plurimum Reverendum Dn: Praepositum, & urbis Grenna Meritissimum Pastorem, Mag. ESAIAM HUMBLE.* Qui quamvis vixit Deo gratus, Ecclesiæ commodus,

pro-

proximo placidus, miseris perutilis, ac sibi suisq; ut necessarius, sic
 propriâ re contentus, alienæ non inhians: mortem tamē effugere
 non poterat, dum plerumq; optimos nobis illa aufert, ablatos reser-
 vans. Factū ipsi prorsus prædatori implacidū, si qua res ejus refrena-
 re potuisset avaritiæ altū. Indeq; nostrū erit *O Viator*, tanti viri abi-
 tu contristari, cumulo ejusdem elogia sacra affigere, ac nostram sū-
 mam infirmitatem agnoscentes, securitatem noxiam deponere,
 cum certo magis certum sit cuiq;, quod prius tollantur hinc opti-
 mi, ut abeant nobis deterioribus exemplo, quo mores deponamus
 obnoxios, ac in viam vitæ redeuntēs, placidi ac cum tripudio ex-
 spectemus horam illam, quæ nos ut *hunc nostrum* turbis eximat,
 ac in felicitatem reponat. Præcipuè cum in tanta rerū humanarum
 cūvolutione, nihil cuiquam, nisi mors, certum sit. Adeo distin-
 guimur intervallis, exitu æquamur. Et quis nauta ventis vela dat, ut
 semper naviget? quis miles signum tuba edit, ut nunquam præli-
 ari desinat? aut quis eo animo onus suscipit, ut nunquam depo-
 nat? sed qui inter fluctuum vortices jactantur, portum; qui im-
 petum ac hostis rabiem sustinet, victoriam; & qui onus elevans
 idem suscepit, quietem expectat & otium. Quod nunc habet æ-
 ternum *Greenna Pastor Praclarissimus ESAIAS*, & nos cum eo olim
 habituri sumus, si modo pietatem in Deum, obsequium in sum-
 mum Magistratum, amorem in proximum, & in nos ipsos castita-
 tem, cum prudentiæ oleo sapius roborata exercuerimus. Hinc
 amice *viator* vale ac fave mihi, qui te compellando,

De morte Pl. Reverendi nostri Præpositi
 conquestus sui

IONAS SWANBERG
 Smolandus

Är man här stodar til/ den sorg och slendz tvånda/
 Som hörs bland högh och lågh/ af dem i Werlden
 gånga/
 Så spors altijdh hvar Stund/ floor Dämmer/
 Sorg och Qual/

Och

Och ständes margelund/ i thenna Wandringz Dal/
 Hvilket of wylsar klart/ then Sorg i GRENNA kommin/
 Och för en liden tidh/ of ofårt bleff förnummit.
 Ach hwilka tider nu/ förhanden äro när!
 O Gudh wår sidsa stund/ of rått betänckia lär!
 Sj Mors sin Lika gröm/ har hwåst och fält en Herde/
 Sin Hiord som syntte wäl/ Gudz Ord och ydigt lärde/
 Rätt nu han från of far/ och in i grafwen går/
 Ther hwijl ett Dgnableet/ så länge Breden swår/
 Förswinner bort sin koos: Men Enkians Hierta sårar/
 Detta grymma Dödzfall/ många nu fälla tårar!
 En Turturdufwa och/ sin Waka sörjer hårt/
 Ach mista sin Man tår/ thet är ock gansta swårt!
 Men entligh til et Sluut/ lär ste at wyl medh gamman/
 Så smaka Himmels Spjås/ then Gudh of har beramma/
 Och wyl medh Lust och Frögd/ så wthi Himlen boo/
 Ach ewigh Glädie Schall! Ach liufwa Himmelsk Roo.

Til wålmene Ziens i hastigheet serefwet
 Af

JOHAN: A. HORNÆO

Junecop: Smoland:

